



Q. D. B. V.  
DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA  
SISTENS QUÆSTIONEM:  
UTRUM NEPOS, ABSTINENS, A PATRIS HEREDITATE  
SIBI DELATA, IN ALLODIO ET FEUDO AVI  
SUCCEDERE POSSIT?  
EX PRINCIPIIS IURIS CIVILIS ET FEUDALIS.

1993, 7  
8

---

QUAM  
SUB AUSPICIIS  
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
**GUILIELMI IX.**  
HESSORUM LANDGRAVII REL.

CONSENTIENTE ILLUSTRIS ICTORUM ORDINE  
PRO SUMMIS IN UTROQUE IURE HONORIBUS RITE CONSEQUENDIS  
AD DIEM VII. SEPT. CIOJCCXCIII  
PUBLICE DEFENDET

AUCTOR  
**ANTONIUS BAUER,**  
MARBURGENSIS.

---

MARBURGI HESSORUM  
TYPIS NOVAE TYPOGRAPH. ACADEM.



GUILLIEMI

ANTONII



SERENISSIMO  
ET  
POTENTISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO  
D O M I N O  
G U I L I E L M O I X.  
*HESSORUM LANDGRAVIO REL.*

HASCE  
STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS  
UT EXTET  
ERGA PRINCIPEM CLEMENTISSIMUM  
DEVOTISSIMAE MENTIS SUAE  
QUALECUNQUE MONIMENTUM  
D. D. D.

SUBIECTISSIMUS  
*ANTONIUS BAUER.*

SPERRISSIMO  
ET  
POTENTISSIMO PRINCIPIS  
AC DOMINO  
D. G. M. I. N. O.  
GUILLELMO IX.  
HEROCELI ANDORANO REGE.

HABE  
STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS  
UT EXIST  
ERGA PRINCIPEM CLEMENTISSIMUM  
OPTIMAS REPTA RE  
QUAERERENT MONASTERIUM

D. D. D.

ANTONIUS KUEER  
SUSPECTISS



## SPECIMEN INAUGURALE EXHIBET


*Introitum, qui tractat*

- 1) *rationem instituti (§. 1.)*
- 2) *ipsius fontes (§. 2.)*
- 3) *subsidia §. 3.)*
- 4) *methodum et usum. (§. 4.)*

*Tractationem ipsam, in qua quaestio proposita adfirmatur*

*Cap. I. e tenore iuris civilis, et quidem*

- 1) *ex principio generali successionem nepotum dirigente: iure scilicet, representationis, quod*
  - A) *in successione descendentium*
    - a) *ob eiusdem originem (§. 5.)*
    - b) *indolem et effectum omnino obtinet (§. 6—8).*



B) *Nec obstant dissentientium obmota, aut ex quibusdam legibus  
deducta argumenta (§. 9 — 10).*

2) *ex lege quadam speciali. (§. 11.)*

3) *Ufus doctrinae propositae docetur. (§. 12.)*

Cap. II. *Secundum dispositionem iuris feudalis. (§. 13.)*

SPECIMEN INAUGURALE EXHIBET

IN-



---

## INTROITUS.

---


### §. I.

#### *Instituti ratio.*

Specimen inaugurale pro summis in utroque iure honoribus rite obtinendis, elaborare meditantem, cum variae se obtulerint materiae, animo diu fluctuavi, ex quo scientiae legitimae capite thema dissertationis depromerem. Denique argumentum in fronte dissertationis conspicuum prae aliis eligendum putavi, tum quia nondum pro gravitate sua satis elaboratum mihi videbatur, tum ob usum quem habet eximium. Quo facilius autem ut intelligatur, quid sit de quo disputeretur a definitione quaestionis istius et determinatione status controversiae tractationem incipiam.

Cum quaeritur, saepissime quod accidit, quisnam ad debita vasalli allodialia solvenda obligatus sit? respondendum censeo: praeter vasallum ipsum qui debita contraxit, ad id quoque heredem eius allodiale teneri, non autem successorem feudalem, successorem nimirum singularem, qui praeterea non in ius ultimi defuncti, sed primi acquirentis succedit, et cui ex regula licitum est, hereditate illius allodiali repudiata, solum feudum retinere. Qualitas successionis *feudalis* itaque debitis allodialibus ipsum obstructum reddere nequit, sed alia quadam ratione speciali opus est, eaque generaliter consistit in qualitate *hereditaria*, quae praeter

A succes-



successionem feudalem, a qua omnino valde differt, in ipsius persona simul adest.

Hoc vero contingit primo, si feudum est mere hereditarium, quo casu omnia successionis allodialis principia obtinent; deinde ubi hereditas allodialis et successio feudalis coniunguntur, veluti si motu proprio quis heres et allodialis et feudalis defuncti fuerit, vel ex iuris necessitate, si scilicet in feudum novum est successurus, aut denique vasalli obaerati est descendens *a*). Successio enim descendantium adnexam habet obligationem adeundi hereditatem allodiam vasalli defuncti cui succeditur, adeo ut descendens salva successione in feudo abstinere nequeat ab hereditate allodiali patris, cui succedit; ex debitis eiusdem allodialibus itaque abstringitur. Haec dispositio cuius ratio in aequitate et honoris paterni conservatione sita est, originem debet speciali legi, scilicet *II Feud. 45.* „*Ubi vero filium reliquit (scil. vasallus) ipse non potest hereditatem sine beneficio repudiare sed aut utrumque retineat, aut utrumque repudiet.*

Vidimus hanc legem de filiis tantum, patri suo succedentibus nominatim loqui. Juris haud dubii vero est, quod et descendentes ulteriorum graduum, cum de successione avi aut proavi ipsorum quaeratur, ob eandem rationem huius feudum consequi nequeant, nisi heredes ipsius allodiales fiant.

Sed alia quaestio, eaque vexatissima et maxime controversa hac occasione agitur: *utrum scilicet nepos repudiata patris hereditate allodiali, in allodio et feudo avi succedere possit, nec ne?* quae ICris maximi dissen-

*a*) G. L. BOEHMERI principia iuris feudalis. §. 311 — 313.

dissensus ansam praebuit, ita, ut et hodiernum magna eorum pars negando in has, multi vero adfirmando in illas eant partes.

Ex his pronum erit intelligere, hic agi de doctrina controversa, quae qualitatem successionis allodialis neporum concernit, et in specie versatur in disquisitione quaestionis: quae sint obligationes a nepotibus, ad quos ordo succedendi venit, adimplendae, eo scilicet in casu, quo iuribus ac commodis successionis allodialis et feudalis avi sui frui velint. Spectat itaque tractatio haec ad duas principales iurisprudentiae partes, nimirum ad ius civile et successionem allodiam ex ipso diiudicandam, deinde ad ius feudale quod per Germaniam obrinet, ex cuius dispositione commoda successionis feudalis, ab incommodis hereditatis allodialis quoad descendentes separari nequeunt, quae vero tanquam conditiones sine quibus illa obtineri nequeunt, sunt consideranda.

§. 2.

*F o n t e s.*

Ex modo declarata qualitate huius doctrinae patet, qui sint fontes in eius tractatione adhibendi. Primo enim ex fontibus iuris hereditarii civilis est haurienda, et deinde dispositionibus iuris feudalis erit confirmanda. Ex iure civili inprimis *Novella CXVIII* adhibenda, in qua Imperator Justinianus de iure, ordine et modo succedendi ab intestato differtis verbis disponit. Est hoc ius novissimum et prioris correctorium.

Deinde leges imperii, quae de hac successione agunt sunt notandae a). Quae ius Longobardicum hac de re disponit, continentur in *II. Feudor. 45. et 51. §. 4. I Feud. 8 et 19.*

A 2

Hoc

a) Ord. Cam. de 1700. §. 19. in Corp. recess. imp. cur. SENCKENBERG P. 2. p. 71. R. J. de 1520. §. 18 et 1521. vers. Item als auch p. 18. Cum quibus et conveniunt antiquo es leges Germanicae.



Hoc iure et hodiernum utimur, cum eadem ratio quae huic dispositioni subest, hodie locum habeat, et ex praxi pateat quod viridi sit in observantia, tam in feudis imperii quam provincialibus. Sunt quidem ICri qui de hodierna validitate huius capituli iuris Longobardici dubia moveant b) verum rationibus sufficientibus destituti c).

§. 3.  
*Subsidia.*

Quoad subsidia huius doctrinae praemonendum putavi, multos quidem ICros, horumque celeberrimos, de eodem themate iam disseruisse, ita ut quot eorum prodierunt libri, rot fere commentarii ipsius extant, ex quibus sequentes adlegasse sufficiat: G. D. C. AB ENGELBRECHTEN d) J. S. F. BOEHMER e) J. F. DOLES f) H. COC-

b) D. NETTELBLADT de successore ex pacto et providentia maiorum, ad facta ultimi defuncti, licet eius heres sit, praestanda non obligato. c. 3. S. 2. §. 5. ROSENTHAL tractat. iur. feud. C. 7. Concl. 20 et 21. n. 5. GAIL Lib. II. Obs. 128. n. ult.

c) STRUV Synt. iur. feud. C. IX. aphor. 11. n. 2 et ibi alleg. G. L. BOEHMER principia iur. feud. §. 140. et alleg. nota c. quibus addendi: W. A. SCHOEFF de proedria iuris feud. Longob. prae iure Alemannico praesertim in obligatione filii successoris feudalis ad solvendum aes alienum conspicua. Tubing. 1762. C. O. GREBE de obligat. successor. feud. simul in allodio succedentis ad praestanda ultimi defuncti facta. Rintel. 1786. J. W. ITTER Coment. de feudis imperii c. 12. §. 9.

d) Exercit. academ. de iure representationis in successione et an eodem in primis nepotes indigeant. Goettingae. 1751.

e) Diff. de nepote avo iure proprio succedente. Francof. 1762.

f) Diff. de iure repraesentat. in successione descendentium exule. Lips. 1778.

H. COCCENI *g*) J. C. KOCH *h*) P. KRESS *i*) A. CONTIUS *k*)  
S. STRYCK *l*) P. RITTERSHUSIUS *m*), et qui rem ex principiis iuris  
feudalis illustrarunt H. A. ROSENTHAL *n*). G. A. STRUV *o*) C.  
H. MOELLER *p*),

Inter omnes vero quos hactenus evolvere licuit nullum inveni,  
qui paulo curatius investigatis genuinis fundamentis ac notioni-  
bus, hanc doctrinam confecerit omnibusque numeris absolverit.  
Alii enim erroneis opinionibus praeiudicari studioque fontium ne-  
glecto rem adgredientes, falsa ut aliter fieri non potuit corollaria  
inde derivarunt, alii vero uni tantum considerationi inhaerentes,  
nimia usi sunt brevitate.

## §. 4.

*g*) Diff. de successione nepotum. Viteb. 1735.

*b*) In tract. de success. ab intestato. Giesae 1786. Auctar. IV.

*g*) Diff. de nepote ea quae parens accepit in universum conferente. Helmst. 1732.

*k*) In tr. de hereditatibus et bonorum possessionibus quae ab intest. deferuntur. In  
operibus editis ab Edmundo Merillio. Paris. 1616. p. 293. Adnexum quo-  
que invenimus hunc tractatum dissertationi J. DIEI de successione in stirpes  
nepotum ex diversis stirpibus, qui soli sunt. Mogunt. 1792. Et hac ego utor,  
KOCH. I. c. p. 285 testatur, rationem successione nepotum neminem solidius  
et accuratius exposuisse, quam A. CONTIUS h. l.


*l*) in tract. de success. ab intestato. Diff. I. cap. 1.

*m*) in tractatione novellarum. Parte 7.

*n*) tractat. iur. feudalis. Cap. 7.

*o*) syntagma iuris feudalis. Cap. 9.

*p*) in usu practico distinctionum feudalium. Rostochii 1775.



*Methodus et usus dissertationis.*

Quae cum ita sint, nova eaque latior pertractatio huius doctrinae superflua neutiquam erit censenda; praecipue cum magnus eius sit usus in materia de collatione et debitis paternis, de quo infra ulterius erit dicendum.

Et quamvis me parem haud pudem componendo tanto dissidio inter ICros exorto, licetque post tot tantorum interpretum effata, toties iam acta agere, dignaque materiei gravitate haud proferre multis visus fuero; subsequenti tamen ex argumenti tractatione patebit, me operae pretium aliquid fecisse. Curae enim cordique mihi fuit, evitatis feliciter iis, quae in antecessoribus meis iure reprehenduntur, notiones ac principia, opinionibus praeconcepitis posthabitis, unice ex genuinis haurire fontibus, neglectis deinde omnibus auctoritatibus falsis, iis tantum grato animo uri, quae legibus superestruuntur, ac hocce modo hanc doctrinam arduam ita elaborare, ut utilitas quaedam inde redundet.

Ex qualitate quaestionis, de qua mihi differendum, rationes profuunt, quibus ductus sequentem huius tractationis methodum elegerim. Primo enim Principia et leges communes de successione allodiali neporum sunt adplicandae (Cap. I); hocce demum facto, praecepta iuris feudalis erunt adhibendae (Cap. II); De usu doctrinae tandem locis congruis erit praecipendum.

Quae si aequis rerum aestimatoribus haud prorsus displicuisse cognovero, summos me operae meae fructus percepisse arbitror; quod vero ipsorum indulgentiam in hisce studiorum meorum primitiis, qualescunque sint, sperare possim, id saltem persuasum mihi habeo.

CAPUT

CAPUT I.

*Quaestio proposita affirmatur, e tenore iuris civilis, et quidem*

*I. Ex principio generali successionem nepotum dirigente, iure scilicet repraesentationis, quod*

*A. omnino in successione descendentium:*

*a. ob eiusdem originem,*

§. 5.


Verum ut in tractanda quaestione proposita debito ordine procedam, sententia, quam defendendam suscepi ex principio generali iuris civilis, scilicet iure repraesentationis, et hoc facto ex lege quadam speciali erit probanda.

Iureconsulti de hac doctrina differentes ad unum omnes consentiunt, simulac probatum sit, nepotes ad successionem avi iure representationis venire, tunc quoque obligationem eorum ad hereditatem patris adeundam eiusque debita solvenda, extra omne dubium esse positam. Ab ea itaque quaestione, quippe qua via sternitur ad decidendam nostram, initium faciamus, quam ego quidem, quantum in hac re sapio, omnino adfirmendam esse reor.

Cum vero a multis, qui iure proprio nepotes avo succedere contendunt, in contrariam partem disputetur, prius erit probandum, posteriores descendentes iure repraesentationis ad avi successionem venire.

Id ut rite perficiatur primo sententiam meam ex origine, notione, qualitate et effectu iuris repraesentationis, verbis et sensu legum ductus demonstrabo, quo facto contrasententium demum argumenta ponderabo eorumque tela pro virili depellam; si vero hoc minus prospere processerit, non tam causa mea, quam non malam esse itatuo, quam ingenium in culpa erit.

Con-



Contingere nimirum haud raro potest, ut pater ab intestato decedens, praeter filios, ex praemortuis quoque liberos ulterio- rum graduum relinquat. Quum itaque hi ab eodem avo per ge- nerationem dependeant et sanguinem ab ipso trahant, parentibus- que suis praemortuis tanquam liberis primi gradus si vixissent ius succedendi competiisset, ab omni alienum foret aequitate, si ab avi ab intestato defuncti excluderentur hereditate. Leges itaque naturalem rei rationem securae vocarunt nepotes in locum demor- tuorum parentum et ex eorum iure ad successionem avi *q*). Libe- ris enim primi gradus vivo adhuc patre ex ipsa nativitate iam quaesitum est ius succedendi ut ex ipsa lege naturae deducitur *r*). Consentaneum est iuri naturae hac in re ius romanum, ex quo li- beri legitime nati ius successionis paternae a nativitate iam quae- situm habent. Sunt enim statim sui patris heredes, qui etiam vivo ipso quodammodo domini rerum paternarum existimantur, et post mortem

*q*) A. CONTIUS l. c. p. 83. „Natura filios in demortuorum parentum locum substituit §. 6. *f. de haered. quae ab intest. defer.* „Aequum esse videtur ne- potes neptesque in patris sui locum succedere.

§. 15. *f. eod. in fine* „Et quemadmodum lex XII. tabb. filio mortuo ne- potes vel neptes, pronepotes vel proneptes in locum patris sui ad successio- nem avi vocat. §. 2 *f. re hered. qualitate.*

FRANC. BALDWINI annot. ad J. L. 3. T. 1. §. 6. „Adde, si subtilius haec res expendatur, videri fuisse necesse nepotibus, ut tanquam sui heredes succederent primo loco ex *L. XII. tabb. subire gradum eorum qui primo gradu sui heredes evani: eorumque et personam referre et iure uti.*“

A. CONTIUS l. c. „si quis — ex filiis suis heres esse desierit, liberi eius in locum suorum succedunt, id est, personam et gradum patris subingrediendo, sui perinde habeantur. VINNIUS ad §. 6 J. cil. n. 2.

*r*) L. 7. §. 1. *D. si tabulae test. nul. extrab.* „parentes ad bona liberorum ratio mi- serationis admittit, liberos naturae simul et parentum commune vorum *L. 7. de bonis damnator.*

HUGO GROTIUS de iure belli et pac. L. II. C. 7. §. 3. et §. 5. 1. 2.



mortem patris non hereditatem percipere videntur, sed dominium quod vivo patre habuerunt, continuant, eiusque liberam consequuntur administrationem s).

Quamvis enim liberi vivo patre exercitio huius dominii sint destituti, quia hereditas viventis ad hunc effectum non datur, ideoque heredem extraneum sibi scribere nequeant; iura tamen dominii habent, eaque, in quantum ipsis comperunt, in suos liberos, in eorum locum succedentes transmittunt. Nepotes itaque tali modo non solum si soli sint ad successionem, avi veniunt, sed ne quidem per patruos ab ipsa excluduntur, cum quibus concurrunt ex iure patris promortui t). Tale ius succedendi, quod per modo dicta et allegata u), iam in naturali rei ratione et legibus XII tabb. fundatum fuit, ac de quo ius Institutionum clare disposuit, Iustinianus quoque in iure novellarum retinuit confirmavitque v). Postea autem eiusmodi successio nepotum in locum demortuorum parentum doctrinae causa a recentioribus interpretibus x) et ex communi

s) Sunt ipsa verba *L. ii D. de liber. et post. hered. inst.*

t) §. 15. *D. de hered. quae ab int.* „Cum filius filiae, et ex altero filio nepos nepotisve existunt, pariter ad hereditatem avi vocantur; nec qui gradu proximior est ulteriorem excludit: aequum enim esse videtur nepotes nepotisque in parentis sui locum succedere.


A. VINNIUS ad §. 6. *cod. n. 2 — 3.*

I. SCHNEIDEWIN comment. ad §. §. cit. eod.

u) Cfr. quae allegata sub nota q. ad hunc §phum.

v) *Nov. CXVIII cap. 1 — —* aut alios descendentes in proprii parentes locum succedere, etc.

x) H. GROTIUS de I. B. et P. L. II. c. 7. §. 6. „Vicariam hanc successionem — repraesentationem vocare amant recentiores ICti.”



muni usu recepto, nomen *iuris repraesentationis y)*, des *Eintretungs Rechts z)* est nata.

Si itaque ad originem iuris repraesentationis respicimus, solis descendantibus id competiisse invenimus, qui mediante ipso ad successionem avi vocabantur, et quidem sine discrimine gradus omnes ex ordine descendantium. Iustinianus vero postea aequitatis studio ductus, fratrum liberis haftenus per patruos exclusis *a)* in Nov. CXVIII. c. 3. hoc iure repraesentationis succurrit, ipsisque per modum privilegii donavit, ut mediante ipso in patris defuncti locum et iura succederent et tali modo ad successionem patruum, simul cum fratribus eius venirent *b)*.

Quia

A. CONTIUS l. c. pag. 83. „Natura filios in demortuorum parentum locum substituit — estque haec totius successionis quae vulgo repraesentatio dicitur, et causa et origo.”

BRUNNEMANN ad L. 2. C. de liber. praeter. „qui transmissive succedit, repraesentat personam eius in cuius locum succedit.

*y)* Repraesentare hoc sensu non obvenit in iure romano; ibi enim denotat: id quod in diem debetur, ante diem solvere, v. c. in L. 1. §. 2. de dote praeterleg., ubi dos repraesentari dicitur. Postea ad successionem applicata est haec vox. Utrum satis congrue factum sit, nec ne? dubitant Icti dissentientes.

*z)* I. St. PÜTTER in den Erörterungen und Beyspielen des T. Staats- und Fürstenrechts, Heft. 2. S. 212.

*a)* L. 3. C. de legitimis hered. „ad te potius, qui secundum gradum obtines hereditas pertinet, quam ad fratris tui filios, qui in tertio gradu sunt constituti, §. 5. I. de legit. et agnat. succ.

*b)* H. GIPHANIUS comment. ad Inst. §. 6. de hereditat. quae ab int. defer. „Est hic §phus tot. tit. pulcherrimus de successionem. Vulgo repraesentationem vocant, quae tantum habet locum, in primo ordine suorum, in secundo non idem,

L. 3.

Quia vero in capite I. d. Nov. Iustinianus generaliter dispo-  
 fuerat, omnes ex ordine descendendum sine gradus discrimine iure  
 repraesentationis succedere, indeque verendum erat, ne hoc et ad  
 omnes collaterales applicaretur, hanc dispositionem in cap. III caute  
 eo restrinxit, ut „in hoc ordine cognationis” scilicet collateralium,  
 non ultra personas nominatas (fratrum liberos) extendi debeat.  
 Verba haec itaque non aliter quam in relatione ad caput primum  
 Novellae sunt accipienda. Iustinianus enim dum in cap. I ius re-  
 praesentationis sine gradus discrimine obtinere statuit, simul adiicit  
 „in hoc ordine” et pari modo, dum in cap. III ad fratrum liberos  
 tanquam privilegium restringit, addit verba: „in hoc ordine cogna-  
 tionis”, id quod egregie corroboratur per finem quem Imperator  
 in ferenda novella habuit; systema scilicet quoddam successione ab  
 intestato constituere in ipsa voluit. Adversarii autem hoc non in-  
 telligentes, verbis capitis tertii iusto plus inhaerent, et inde ius re-  
 praesentationis esse privilegium, nec aliis personis quam solis fra-  
 trum liberis competere adfirmant. Falsam exinde iuris repraesentationis  
 notionem mente sibi conceperunt, multorum confectario-  
 rum turbidum fontem; ex quo et perversa ipsorum argumentandi  
 ratio poterit declarari. Inquirunt nempe in quaestione, utrum  
 ius repraesentationis, in capite tertio novellae, fratrum liberis con-  
 cessum, ad nepotes quoque extendi queat, nec ne? c) cum tamen  
 potius, per modo dicta, ab his ad illos sit extensum.

B 2


Miran-

L. 3. C. de legit. hered., excepto uno casu ex Nov. 118. et 127. quibus fratris  
 filius ad hereditatem patris succedit, in locum patris.

S. STRYK S. ab I. D. I. c. I. §. 69.

VINIUS ad §. 6. I. de hered. quae ab int. n. 3.

- c) DOLES l. c. §. I. pag. 6. „Primum ostendam ius repraesent. non nisi fratrum li-  
 beris, si una cum partu succedere velint, concessum esse, idque ad nepotes  
 infra interpretatione extendi non posse. Idem §. 6.



Mirandum inde non est cur quaestionem istam negaverint.

Probant quae haecenus in medium proruli prima vestigia successione in locum praemortui parentis, quae postea sub nomine iuris repraesentationis venit, inveniri iam in L. XII tabb. deinde vero in Institutionibus latius de hoc iure disponi, et in iure Novellarum denique a Iustiniano quoad descendentes confirmatum et ad fratrum liberos extensum esse.

§. 6.

*Indolem et effectum.*

Praemissa hac iuris repraesentationis historia, notio eius et indoles nunc penitus erunt considerandae, ubi praemonendum, eas non aliunde quam ex genuinis fontibus huius doctrinae esse haberiendas, et ad hos unice respiciendum. Quibus adrenta mente pensitatis, ex verbis ipsorum sequentem iuris repraesentationis definitionem concipere possumus: *est ius quo remotiones heredes, in proprii parentis locum succedentes, ad successionem vocantur, tantam de hereditate accipientes partem, quantum sint, quantum eorum parens, si viveret, habuisset d).*

Cum qua definitione, ex ipsis verbis et mente legum hausta, convenit quoque multorum maximi nominis ICtorum e) sententia, qui

d) Cfr omnes LL. citat. quae de iure repraesentationis agunt, praecipue Nov. 118. c. 1. et 3. tanquam ius novissimum.

e) RITTERSHUSIUS l. c. P. 7. c. 1. n. 7.

W. A. LAUTERBACH C. T. P. L. 38. app. §. f. 12.

S. STRYK S. A. I. D. I. c. 1. §. 68.

I. O. WESTENBERG Pand. L. 38. T. 17. §. 17.

Quae alleg. sunt apud DOLES l. c. pag. 16. n. 4 — d. Alios taceam.

qui plerumque ita definiunt, ut dicant: *ius repraesentationis esse ius, quo posteriores descendentes, in locum priorum praedefunctorum et ex eorum iure et persona ad successionem avi veniunt, tantum accipientes ex hereditate, quantum pater eorum habuisset, si vixisset.*

Ex hac vera iuris repraesentationis notione, sequentia de eius indole et effectu principia, quae ad rem nostram faciunt, sunt derivanda.

I. *Ius repraesentationis non tam ius, quam ordinem potius succedendi concernit.*

*Ius succedendi omnibus cognatis idem, uti in feudo omnibus qui in prima continetur investitura, non autem ordo.*


Sic fratrum liberis tanquam collateralibus sine dubio competit *ius succedendi* patruo, sed *ordo* eos demum excepit deficientibus patruis; verum per *ius repraesentationis*, his adhuc supersitibus ad successionem veniunt, quia hoc ad ordinem ipsos vocat.

II. *Successio ex iure repraesentationis coniuncta semper est cum successione in stirpes f) cuius est fundamentum g).* Ubi enim iuri repraesentationis locus est, ibi posteriores in locum et iura demortuorum parentum succedunt; maiorem itaque portionem ex hereditate ab intestato delata petere non possunt, quam parens ipsorum superstes

ac-

f) *In stirpes succeditur si plures descendentes tantam de hereditate morientis accipiunt partem, quantumcunque sint, quantum eorum parens, si viveret, habuisset — quam successio in stirpes vocavit antiquitas — sunt verba Nov. 118. c. 1.*

g) *Quod evidentissime apparet ex §. 6. I. de hered. quae ab int. defer., ubi unicum fundamentum successionis in stirpes in iure repraesent. ponitur, hisce verbis: „Et quia placuit nepotes neptesve in parentis sui locum succedere, conveniens esse visum est non in capita sed in stirpes hereditatem dividi.*



accepisset, cum omne ius suum succedendi ab eodem habeant per generationem ac transmissionem, et consequenter fieri tum nequeat, ut viritim aequas in portiones atque adeo in capita cum liberis primi gradus, aut cum nepotibus alius stirpis succedant h).

Unica itaque ratio successionis in stirpes in iure repraesentationis petenda i).

III. *Qui iure repraesentationis ad successionem veniunt, in locum et iura parentum demortuorum succedunt.* Leges quibus nepotes ad successionem vorantur expressis verbis ita disponunt, unde et haec successio vicaria vocari solet. Facile inde quoque perspicitur, quare ex iure repraesentationis successuri necessario heredes eius fieri debeant, in cuius iura succedere cupiunt. Per acquisitionem hereditatis enim res eo perducitur, ut heres cum defuncto pro eadem habeatur persona, talique modo eius personam repraesentare et in eius iura succedere possit.

IV. *Succedentes ex iure repraesentationis, ad eadem onera praestanda obligati sunt, quibus parens vivus obstrictus fuisset.* Fit enim eiusmodi

b) A. CONTIUS l. c. p. 87. „Natura quodammodo suadet, ut in nepotibus — divisio fiat in stirpes — non enim nepos per se, ex proprio capite avo suo coniungitur, sed per intermediam patris personam etc.

2) RITTERSHUSIUS l. c. P. 7. c. 14. n. 4. „Divisio in stirpes nititur iure repraesentationis.”

S. STRYK l. c. Diff. I. c. 1. §. 6. „Ut autem in stirpes succedatur, iure repraesent. opus est.”

G. BEYER delineat iur. civ. L. 3. de succ. ab int. §. 11.

I. BRUNNEMANN ad tit. Cod. de suis et legit. n. 17.

H. COCCHEI Diss. cit. Sect. I. §. 6 et 7.

MART. MÜLLER Diss. de success. ab intestato. Giesae 1662. §. 22. 23.

I. IAC. Ern. Pfeiffer Diss. de successione descendendum legitima civili. Marburgi 1742. §. 36.

modi successio ex iure et persona patris, indeque heres parentem repraesentans in omnia eius iura et obligationes succedit.

Unde sequitur eum ad facta eius praestanda *k)* obligatum, adeoque aere alieno ipsius esse obstrictum.

Quae haecenus a me sunt disputata, ideo praemittenda esse putavi, quia vanitas opinionis in qua refutanda occupatus sum, facilius doceri poterit, perspecta prius historia ac indole iuris repraesentationis.

Argumenta quae contra ea proponuntur infra locis congruis erunt refellenda, quo facto simul egregie corroborabitur sententia mea.

§. 7.

*O m n i n o*

Ex historia et notione iuris repraesentationis in antecedentibus declarata, satis iam effici opinor, nepotes mediante hoc iure avo succedere.


Iam vero sententiae meae posteriores rationes reddam, modeste eas eruditorum iudicio submitrens. Argumenta scilicet quae ex dictis profuunt et probationi immediate inferviunt nunc superaddam, quo clarius affirmativam sententiam veriore est adpareat.

Ac primo quidem in diiudicanda quaestione: quo iure nepotes avo succedant? legibus nobis est inhaerendum, quae de successione nepotum disponunt, quo praecipue spectat Nov. 118. ranquam ius novissimum.

In

---

*k)* L. 149. de R. I. „Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum quoque praestare debet.



In cuius capite tercio fratrum praemortuorum liberis ius repraesentationis concessum esse, Icri omnes uno ore adfirmant, adeo ut unicum eius fontem in illo reperiri contendant. Caput primum d. Novellae, si cum hoc contuleris, eadem fere invenies verba, ubi de successione neporum disponit Imperator. Cum itaque verbis legum, sensui ipsarum haud contrariantibus nobis insistendum sit, etiam hoc modo, menti dissentientium accommodato, probatur, nepotem ad successionem avi venire iure repraesentationis.

Haec autem sunt verba capitis tertii: „Si autem defuncto „fratres fuerint, et aut alterius fratris aut sororis praemortuorum „filii, *vocabuntur* ad hereditatem isti, cum de patre et matre thijs „masculis et feminis; *et quancumque fuerint, tantam ex hereditate percipient portionem, quantam eorum parens futurus esset accipere, si su- „perstes esset*” et paullo post „— *in priorum parentum succedentes „locum.*” —

Conveniunt his verbis ea, quae habet caput primum novellae, ubi Iustinianus posteaquam in genere de *iure succedendi descendenti- tium* disposuit ita pergit: „— sic tamen, ut si quem horum descen- dentium filios relinquentem mori contigerit, illius filios aut filias, „aut alios descendentes in proprii parentis locum succedere, sive sub po- restate defuncti sive suae potestatis inveniantur: *tantam de hereditate „morientis accipientes partem, quancumque sint, quantam eorum pa- rens, si viveret, habuisset* l.”

Haec

- 1) Similem in modum disponunt leges Germanicae. Ord. Cam. de a. 1500. §. 9. von Succession der Enkel, ubi verba „*an statt ihrer Väter.*” Constat, Caroli V. in comitis anno 1529. Norimbergae habitis. Hessisches Landrecht, von Erbfällen ohne Testament, Tit. 8. ibi „etc.” dieselben sollen *an statt ihrer abgegangenen Eltern — in die Stämme* erben, immasen so ihre Eltern, so sie  
an



Haec verba, in utroque capite novellae obvia, amice conspirare et sibi prorsus respondere, nemine contradicente contendere mihi licebit. In utroque igitur capite de iure repraesentationis sermo est, in tercio scilicet capite de eo, ex quo fratrum liberi per modum privilegii succedunt, in cap. I. vero de repraesentatione neporum. Egregie haec corroborantur iis, quae de historia legislationis circa ius repraesentationis supra sunt proposita. Dicta capita quoque tam clare et explicite de iure repraesentationis disponunt, ut ex ipsis verbis eorum definitio huius iuris, quam supra proposui, possit concipi, quae itaque omnibus aliis praestare debet. Est scilicet *ius repraesentationis* secundum Nov. 118 c. 1 et. 3. *ius quo remotiores heredes, in proprii parentis locum succedentes, ad successionem vocantur, tantam de hereditate accipientes partem, quancunquae sint, quantum eorum parens, si viveret, habuisset m).*

## §. 8.

*O b t i n e t.*

Deinde hanc sententiam, praeter ius novellarum, confirmant leges et fragmenta veterum Ictorum. In his enim, ubi de successione neporum sermo fit, sequentes semper obveniunt locutiones: *nepotes loco sui patris seu in locum sui patris succedunt, eiusque par-*

am Leben wären, geerbt hätten." I. G. ESTOR Teutsche Rechtsgelehrtheit, T. 2. p. 3007. sq. „Der verstorbenen Kinder ihre Kinder treten durch das Repräsentationsrecht ein u. f. w.

MICH. CONR. CURTIUS Diff. de successione neporum in regna et principatus, Marb., 768.

m) Cfr. ea quae allegata sunt sub nota e. ad §. 6.



partem habent n), nepotes in locum patris sui ad successionem vocantur o). Successionem autem in locum idem esse ac in iura patris defuncti, hoc inde adparet, quod Iustinianus promiscue utitur his verbis. Sic enim in Nov. 118. c. 3. de iure succedendi in locum patris dicitur „ut in suorum parentum iura succedant.” Qui autem in locum et iura alterius succedit, et mediante hoc demum ad successionem venit, ei ius proprium in hereditatem adscribi nequit, sed vi iuris, patri in successionem comperentis, hereditatem capit, p) indeque ex iure repraesentationis, q) id, quod prorsus extra omnem dubitationis aleam ponitur, perlecto capite 3 d. Nov. ubi, cum Imperator aperte de iure repraesentationis loquitur, itidem utitur verbis „in locum.” r)

In ceteris itaque legibus haec phrasis pari modo de hoc iure est intelligenda, indeque nepotes non minus quam fratrum liberi iure repraesentationis succedunt.

Quod si quoque vel his vel illis exclusive hoc ius tribuere velis, pro nepotibus potius quam pro fratrum liberis statuendum viderur, hi

n) §. 6. de hered. quae ab int. §. 2. I. de hered. qualis. Ulpiani fragment. Tit. 16. §. 2.

o) §. 15. de hered. quae ab int.

p) L. 10. §. 1. de bonis libertor. „per patrem avitos libertos consequitur.

q) Distinctio admodum subtilis A. FABRI in Cod. L. II. T. 3. def. 1 et 14. n. 28, inter repraesentationem gradus et personae, omni fundamento legali est destituta, nec a dissentientibus approbata. Cfr. BRUNNEMANN comment. ad Tit. Cod. Unde liberi. n. 5. et ad Pand. Tit. de collat. n. 5. et 6. KRESS diff. cit. cap. 2. §. 7.

r) Nov. 118. c. 3. in f. — „fratris et fororis filii tale privilegium dedimus, ut ius propriorum parentum succedentes locum — ad hereditatem vocentur.”

hi enim semper in stirpes succedunt, etiam si soli sint *r*); fratrum liberi vero, si soli, in capita *t*).

Cum denique successio in stirpes innitatur iuri repraesentationis *u*), nepotes vero, ut vixdum probavi, semper in stirpes succedant; recte inde ab effectu concludimus, eos mediante dicto iure ad successionem avi venire. Quo enim pacto simul stare possit successio ex iure proprio, et hereditatis in stirpes divisio? Iure enim proprio succedens qua iuris ratione cogi potest, ut parte alius cuiusdam contentus sit *v*)? Quem contra parte patris sui contentum esse oportet, quomodo is aliud, quam parentis ius, prae se ferre potest?

Saris itaque ex ipsis rerum argumentis *x* nunc comprobasse mihi videor, nepotes ad successionem avi iure repraesentationis venire.

§. 9.

*Nec obstant dissentientium obmota.*

Argumentis, quae modo proposui, convictus, hanc sententiam defendendam suscepi. Ne vero huic soli parti considerandae inhaerere, aut auctoritatis studio abreptus esse, argui possim, argumenta et rationes satis speciosas, quae contrariae opinioni favere videntur, proponam, et quantum in me est, refellam.

C 2

I. Primo

1) L. 2. §. 2. de suis et legit. R. I. de 1529. §. 31.

2) Cfr. §. 6. n. II.


3) H. COCCEJI Diff. cit. S. 1. §. 7. „cum iure proprio succeditur, semper in capita.

4) M. C. CURTIUS Diff. cit. §. ult. in f. „Prona inde veritate sumitur, unanimi fere cultiorum gentium consensu, ius repraesentationis vim legis universalis adeptum esse.

5) §. 6. et 15. I. de hered. quae ab int.

VINIUS ad §. 6. cit. n. 6.

IGN. DIEL Diff. de successione in stirpes nepotum ex diversis stipulis, qui soli sunt, Mogunt. 1792.



I. Primo quidem adversae sententiae propugnatores, qui nepotes *iure proprio* y) succedere contendunt, ita argumentantur: Ex iure repraesentationis successuri stricto iure debent esse exclusi; nepotes autem aliique omnes descendentes iam ante novellam, immo ex L. XII. tabb. gavisi sunt iure succedendi z). Cum itaque ipsa lege vocati succedant, non egent iure repraesentationis, in Nov. 118. c. 3. demum introducto, vi cuius Iustinianus solis fratrum liberis, haecenus per patruos exclusis \*), succurrit a).

Hocce argumentum, valde a dissentientibus vexatum, et in quo maximum suae opinionis praesidium collocant, non tanti esse ponderis, ut sententiam meam infringat, tum ex supra dictis, tum ex sequentibus parebit.

Primo enim, cum hic quaeratur de ordine succedendi, stricto iure exclusi ii tantum nominantur, quos ius strictum ad ordinem successionis nondum vocat; contrariae itaque sententiae propugnatores, in vitium petitionis principii, ut vocant, incidunt, dicentes: requiri exclusionem a iure succedendi.

Qui-

---

y) Minus recte quidam promissive utitur verbis: *iure proprio, et iure transmissio, aut devoluto*. Qui enim iure proprio succedit, non eget iure ab alio, in cuius locum succedit, in se transmissio.

BRUNNEMANN ad L. 2. C. de liber. praet. „qui *transmissive* succedit, *repraesentat* personam eius, in cuius locum succedit.

HEINECCIUS in elem. iur. civ. L. 38. §. 79.

z) §. 15. I. de hered. quae ab int. „Et quemadmodum lex XII. tabb. filio mortuo nepotes — in locum patris sui ad successionem avi vocat etc.

\*) L. 3. C. de legit. hered.

a) ab ENGELBRECHTEN Diff. cit. §. 7.

DOLES Diff. cit. §. 7.

Quibus praemonitis ad hoc primum eorum argumentum duplici ratione respondeo. Aut enim, verum est eos tantum iure repraesentationis succedere, qui stricto iure sunt exclusi, aut minus.

1) Sin prius, notes velim, nepotes omnino haberi pro exclusis et quidem non solum in iure noviori, sed et in iure veteri. Nam secundum vetera et stricta successionis iura, existentibus liberis primi gradus, nepotes exclusi censebantur; leges enim ipsos ad ordinem succedendi, non alia ratione vocarunt, quam in locum et iura patris, ut eius partem capiant, quot eorum sint, itaque mediante repraesentatione, quae ordinem succedendi ipsis tribuit. Hoc omnes testantur leges *b*).


Idem vero obtinuit ex iure noviori. Consilium Imperatoris sacratissimi in ferenda novella 118 hoc fuit, ut dispositio systematica successionis ab intestato in ea constitueretur. In hac autem iuris veteris principia, quoad quaestionem nostram, verboretenus fere retinuit, h. e. ultiores descendentes in parentis locum ad ordinem succedendi vocavit.

Concesso itaque hoc, ius repraesentationis necessario supponere exclusionem, tamen sententiae meae non obloquitur.

2) Sin vero posterius verum sit, quod nempe nulla exclusio requiratur, argumentum in quo refurando versamur, nulla prorsus ratione obstat. Hoc autem verius mihi videtur; Nulla enim lege cautum invenies, requiri exclusionem stricto iure factam. Nec video quoque rationem, quare ex veteribus et strictis de successione principii, successionem istam, quae repraesentatio ex post est vocata, introductam esse negari possit *c*), nulla cum intercedat contraditio

*b*) Cfr. quae sunt alleg. ad §. §. n. q.

*c*) A. CONTIUS l. c. p. 47. „Successionem in locum suorum quae ex 12 tabulis introducta est, vulgè repraesentationem vocarunt.



dicto inter successionem, quam quis ex iure veteri quidem, tamen vero non alio modo, quam per repraesentationem alterius est consecutus. Nihil itaque quo minus adfirmemus impedit, nepotes succedere quidem *ab ipsa lege vocatos*, legem vero eos vocare *in locum et iura patris d*), id quod latius supra est demonstratum (§. 5.)

Eandem denique ob rationem nec obstat, quod addunt dissentientes, fratrum liberis scilicet ius repraesentationis concessum esse ex speciali hac causa, quod stricto iure a patris exclusi, hoc beneficio egerent; aliam vero esse rationem neporum. Verum enim vero maior vis pondusque potius exinde sententiae meae adcedit, saltemve ei declarandae infervit. Fratrum liberos enim, instar nepotum vivis patris ordo succedendi nondum excipiebat, nec leges quae nepores in locum patris vocabant, successionem ipsis tribuerant. Iustinianus denique cum neporum successionem confirmaret, illis quoque ipsam iisdem fere verbis, sed per modum privilegii concessit.

Si igitur dixeris nepotes succedere *ex ipsa lege, ipso iure*, idem valet de fratrum liberis, nam et hos iura et leges vocant ad successionem, quae ab ea in hoc tantum differt, quod lege noviori illa autem iure veteri sit concessa. Sin vero fratrum liberos *iure repraesentationis*

F. BALDUINI annot. ad I. L. 3. T. 1. §. 6. — videtur fuisse necesse nepotibus ut tanquam sui heredes succederent, primo loco, *ex L. XII tabb.* subire gradum eorum, qui primo gradu sui heredes erant, eorumque et personam referre et iure utri.

VINNIUS ad §. 6. I. de hered. quae ab int. n. 2.

n) VOETIUS ad Tit. Dig. de querel. inoff. test. §. 48. „Observandum nepotes sive soli existant, sive cum patris suis ad successionem avi defuncti vocentur, non suo ex capite, sed iure repraesentationis admitti, quasi pater intermedium avo, in suo patri successissent, tantum scilicet percepturi, quantum pater si vixisset,

sentationis succedere recte ad firmaveris, id quoque de nepotibus valere quisque facile perspiciet, modo iterum inter ius novum et antiquum distingatur.


II. Deinde contrasentientes verbis legum: „in locum patris” tantum vim inesse negant, ut ius repraesentationis nepotum inde probari queat. Leges ipsae enim, inquit, nepotibus ius succedendi aequale cum filiis iam tribuerunt, ita ut iure repraesentationis haud indigeant; praeterea quoque haec verba ita esse accipienda adfirmant, veluti singularis in officio successor locum alterius occupet, quod tamen fieri ope memorati iuris haud facile quisquam dixerit e).

Quod hanc obiectionem adriter, nepotes ius succedendi aequale cum filiis ex legibus nactos esse, lubens quidem concedo; id vero non ita est intelligendum, ac si nepotes, per se et suo iure, simul cum illis ad successionem vocarentur; alias enim liberorum adhuc viventium filii cum his succederent; sed ita potius accipiendum: praemortuorum liberorum descendentes horum locum occupando personam ipsorum repraesentant; de qua re tanto minus dubitari potest, quanto clarius et prisca iuris monumenta, et leges Iustinianae hanc succedendi rationem exponunt. Iustinianus quoque promiscue dicit „in locum” et „in iura”, et quod supra iam monui in cap. 3. d. N. ubi tamen de iure repraesentationis eum disponere omnes concedunt, utitur iisdem verbis „in locum.” Cum itaque verba sint eadem in utroque ordine, nec fratrum liberi iure repraesentationis succederent, si sub verbis saepius allegatis hoc ius non esset intelligendum.

Argumentationem autem a singulari in officio successore, ad nepotem, patris heredem quisque legerit, omne simile claudicare statim

e) ab ENGELBRECHTEN l. c. §. 13.

DOLES l. c. §. 17.



statim videbit. Relationem inter avum, patrem et filium, qui per hunc ab illo sanguinem trahit, me quidem iudice plane diversa est ab ea, quæ inter antecessorem et successorem in officio obrinet, ab hac itaque ad illam non valet consequentia.

III. Ad aliud dubium quod a dissentientibus moverur, nunc convertor, scilicet hoc: quod omnes descendentes sine gradus discrimine succedant, itaque vera ratio successionis neporum non in iure repræsentationis sit quaerenda, quia hoc prærogativam gradus supponat f).

Verum enim vero regulam hanc, descendentes nimirum, sine gradus discrimine, ad successionem venire, non sic esse intelligendam, ac si omnis prærogativa gradus in hoc ordine exularer, quisque vel primo obtuitu perspicieret; exinde enim sequeretur posteriores descendentes cum vivis patribus simul succedere. Verus huius phræseos sensus potius hic est: deficiente descendente proximioris gradus, posteriores locum et iura ipsius subintrant, quod obtinet sine restrictione ad gradum quandam, in infinitum, ita ut proximior descendens, remotiorem ex altero nunquam excludat g).

Causa itaque ob quam discrimen gradus quaeri noluerit Imperator, posita est in iure repræsentationis; nec Iustinianus sine ratione generaliter hoc adiecit, eum scilicet in finem, ut iurium diversitas, quæ intercedit ordinem descendantium et collateralium, inde pateat. Nam in capite I Nov. cit. sic disponit: „in hoc enim ordine (scil. descendantium) gradum quaeri nolumus.“ Ad hæc verba se referunt

f) ab ENGELRECHTEN l. c. §. 8 et 10.

g) §. 15. de hered. quæ ab int. „nec qui gradu proximior remotiorem excludit, (quare?) æquum enim esse videtur nepotes in parentis sui locum succedere.

VINIUS ad hunc §. n. 4.



runt sequentia quae habet caput 3. „huiusmodi vero privilegium in hoc ordine cognationis (scil. collateralium) solis praebemus fratrum filiis h).

IV. Obiectio saepissime reiterata, cui dissentientes magnum pondus tribuunt, haec est: ius repraesentationis non nisi quoad fratrum liberos obrinere, partim quia his in c. 3. Nov. c. per modum privilegii sit concessum et inde restrictive interpretandum, partim vero quia ex ipsis verbis Iustiniani ultra personas nominatas extendi nequeat i).

Verum, ut his dubiis rite obviam procedatur, haecce sedulo sunt ponderanda. Ius repraesentationis nepotum, non ex capite 3. Nov. c. sed ex legibus antiquioribus et ex capite I. est derivandum, ex quo et ipse deduxi. Verba huius capituli primi vero adeo plana sunt ac exposita, ut interpretatione extensiva nullo modo opus sit, seu privilegium vocare ius repraesentationis malueris, seu ius commune. Deinde limitatio ista „non ultra personas nominatas extendi volumus” ad caput primum tum per se adplicari nequit, tum ob haec, quae eam praecedunt verba: „in hoc ordine cognationis”, ex quibus liquet, hanc limitationem eo fine esse additam, ne ius repraesentationis, quod in ordine descendendum sine discrimine gradus obrinet, et in hoc ordine collateralium generaliter concessum alicui videatur; adstrictum enim est personis liberorum fratris praedefuncti,  
inde-

h) VOETIUS Lit. 38. Tit. 17. n. 5. „ius repraesentationis sese in hac linea (descenduntium) extendit in infinitum, seu sine certi gradus praescriptione, ut id patet ex §. ult. Inst. de hered. quae ab int. Unde et in hoc ordine, seu in hac linea, gradum quaeri voluit Iustinianus.


HELLFELD iurisprud. forens. §. 164f.

STRYK S. A. I. Diff. I. c. 2. §. 35.

i) ab ENGELBRECHTEN I. c.

DOLES I. c.

D



indeque ratione horum vocatur privilegium, et ab his ad nullam aliam personam, *ex hoc ordine venientem* extendi potest *k*).

V. Insurgunt porro contrariae sententiae propugnatores, et acriter instant: successionem in stirpes non nisi *modum* succedendi concernere, qui *iuri* succedendi innitur, hoc autem competere vel ex iure communi vel beneficio legis contra iuris civilis rationes indulto *l*).

Sed hocce argumentum tanti non est, ut in eorum descendere sententiam cogar. Quodsi enim eius ratio haec est: neporibus ex iure communi competere ius proprium, in eo petitionem principii inesse, ex supra dictis palam fit; sin minus, sequentia veniunt consideranda: Successio in stirpes concernit quidem *modum* succedendi, hic vero ex *ordine* successionis determinatur. Ordo autem in quo successio obtinet in stirpes, is est, vi cuius plures locum alterius cuiusdam ingredientes, portionem, iura et obligationes eius nanciscuntur *m*).

Quocunque in alio succedendi ordine locum habet successio in capita, cum secundum naturalem rei rationem, quisque vi iuris proprii, propriam quoque portionem capiat. Discrimen illud

inter

*k*) Nov. 118. c. 3. „Huiusmodi vero privilegium in hoc ordine coquationis solis praebemus fratrum — filiis; ut in suorum parentum iura succedant. Nulli enim alii omnino personae *ex hoc ordine venienti* hoc ius largimur.

UNGEPAUR exercit. Iust. Ex. 9. §. 7. in f.

LAUTERBACH C. T. P. L. 38. app. §. 5. „Locum habet (ius repraesent.) in successione descendentium, et certo casu inter collaterales.

*l*) ab ENGELBRECHTEN I. c. §. 8.

DOLES I. c. §. 10.

G. L. BOEHMER Electa iur. civ. Exercit. V. §. 3. n. c.

*m*) RITTERSHUS. I. c. P. 7. c. 1. n. 7. „Unde simul datur intelligi, ius repraesent. esse velut totam seu radicem successionis seu divisiones in stirpes.

inter filios, qui in capita et nepotes, qui in stirpes hereditatem dividunt, in eo fundatam est, quod illi succedant iure proprio, hi autem iure repraesentationis veniant ad successionem *n*). Pari modo fratrum liberi, si soli, utuntur iure proprio et inde in capita est eorum successio *o*), sin autem cum patruis concurrant, ob ius repraesentationis in stirpes dividitur hereditas.

VI. Unum tantum gradum per ius repraesentationis suppleri posse, dissentientium, est opinio, unde a successione descendendum; ubi in infinitum locum habere debeat, removendum esse, sibi falso persuadent. Sed assertum hoc principii peritio- nem continere in aprico est, nulla enim lege id caverur, sed contrarium potius constat *p*). Ratio hujus argumenti unice posita est in opinione ista, ius repraesentationis in solo cap. 3. Nov. d. esse fundatum, quam vero supra tanquam erroneam reiecitimus, unde quoque argumentum ipsum corrui *q*).

VII. Denique contrasentientes, qui omnem lapidem movent, ut sententiam nostram infringant, dubiis hactenus propositis, magno conatu et hoc superaddunt, si nempe descendentes iure repraesentationis

D 2

prae-

*n*) A. CONTIUS l. c. p. 48. in f. et seq. „Hincque natum illud est successionum discrimen in stirpes et in capita, ut toties hereditas divideretur in stirpes, quoties in locum parentum successio inducitur: cum vero nullas huiusce successionis usus est, fiat in capita divisio.

Ad evitandas repetitiones conferantur ea quae §. 6. n. II. dicta sunt et allegata.

*o*) R. I. de 1529. „Wir Carl V. etc. ordnen und setzen also: Wenn einer untestigt abstirbt, und nach ihm kein Bruder oder Schwester, sondern seiner Bruder oder Schwester Kinder in ungleicher Zahl verläßt, daß alsdem dieselben seines Bruders oder Schwester Kinder, in die Häupter und nicht in die Stämme erben. RITTERSHUS, l. c. P. 7. c. 14. §. 13.

*p*) Nov. 1811 c. 1. §. 1. „aut alios descendentes. — LAUTERBACH C. T. P. L. 38. in app. §. 12. „ius repraesentationis in linea recta descendente locum habet in infinitum. J. F. LUDOVICI doct. pandectar. L. 38. app. §. 2. n. II et III.

*q*) STRYK S. a. I. Diff. I. C. 1. §. 69.



praesentationis succederent, absurdum illud interdum esse statuum:  
dum: dari repraesentationem repraesentationis r).

Abfurditatem vero quoad talem repraesentationem, me-  
diante qua iura per plures personas in descendentem transmit-  
tuntur, hic locum obtinere, ego quidem haud intellexerim, cum  
legibus sit sancita, et pronepos semper veniat tanquam descendens  
filii, per quem sanguinem trahit a proavo r) Plures itaque reprae-  
sentationes admittendas esse cur negarem, argumenta desunt, prae-  
cipue cum simile quoddam in legibus scriptum inveniamus, nimi-  
rum substitutionem substitutionis t).

Admittunt quoque contrasentientes pari modo successione  
stirpium in stirpes, nec huic absurdi aliquid inesse inveniunt.

§. 10.

*Nec e quibusdam legibus deducta argumenta.*

Vidimus itaque, omnia illa dissentientium argumenta primo  
obruitu quidem gravia videri, curatius examinata vero tanti haud  
esse ponderis, ut a sententia, quam defendendam suscepi, dimo-  
vere me queant. Sunt enim vel falsae hypothese innixa, vel fe-  
quelae definitionis iuris repraesentationis legibus haud accommo-  
darae, et plerumque ita comparata, ut, probandis iam in probatio-  
nem receptis, saepe saepius petitio principii, ut aiunt, in iis  
contineatur.

Re-

r) ab ENGELBRECHTEN l. c. §. 12.

DOLES l. c. §. 11.

s) CONTIUS l. c. p. 48. „pronepotes non solum in patris sui, qui erat defuncto  
nepos, locum succedunt, sed etiam avi.

t) Substitutus substituto, est etiam substitutus instituto. §. 3. I. de vulgari subst.  
L. 27. D. cod.

Refugiunt, rebus suis haud satis confidentes, ad argumenta quaedam alia ex legibus nonnullis specialibus desumpta.

Primum urgent verba legis 2. C. de liberis praeteritis. „Si avus tuus, qui patrem tuum et novercam aequis portionibus heredes instituit, cum te quoque haberet in potestate, testamento nominatim non exheredavit: mortuo patre tuo vivo avo, — succedendo in patris tui locum rupisti avi testamentum et ad te hereditas eius tota pertinuit.


Sed ex hac lege minime probatum videtur, nepotes avo iure proprio succedere. Nepos quidem secundum verba legis cit. avirumpit testamentum, sed pater quoque iisdem ex verbis, hoc fieri non nisi post mortem patris, succedendo in patris locum. Per hanc successionem repraesentatitiam nepos fit heres suus, qui itaque si fuerit praeteritus ab avo, rumpit eius testamentum. Non igitur intelligo qua ratione haec lex pro obstante haberi possit.

Deinde recurrunt ad L. 10. in f. D. de bonis libertorum, cuius haec sunt verba: „Si pater me exheredavit, avus meus patrem meum, et prior avus decesserit: ab utriusque libertis me repelli. Sed si ante pater decessisset, postea avus: dicendum erit, nihil mihi nocere patris exheredationem ad avitorum libertorum bona.

Ad quam legem quidam, qui a nostris sunt partibus, sic respondent: loqui eam de bonis libertorum, de iure patronatus, a quo vero tanquam iure personali ad omnem hereditatem argumeta i nequeat. Sed hoc refugio non est opus, nec tamen lex ista sententiae meae obstat. Competit quidem patri ius in hereditatem avi, sed anteaquam huius morte ipsi est delatum, de eo disponere nequit.

Si igitur filium suum exheredaverit et ante avum fuerit defunctus, sub exheredatione ius in bona avita non est comprehensum, quia

\*) ERAS. UNGEPAUR Exercit. Iustin. Ex. 9. §. 7. in f.



quia ei nondum fuerat delatum; transmittit potius hoc ius, quatenus ei competit, in nepotem, eius locum occupantem. Probatum hoc et ex prima huius legis parte, ubi altero in casu, si nempe avus ante filium suum decessit, nepos per exheredationem paternam a bonis quoque avitis excluditur, quia in ea, morte avi, filio est delatum ius disponendi, indeque sub exheredatione sunt comprehensa; ius proprium in bona avi nepotibus itaque non competit.

Plenissimum vero robur sententiae meae adcedit, ex iis, quae habet haec lex, ad quam adversarii provocare sunt ausi.

Julianus enim in §pho 1 L. cit. ait: *Si a patre sit exheredatus, (nepos) ab avo non fit; non solum a libertorum paternorum bonis, verum etiam ab avi quoque excludi debet; quia per patrem avitos libertinos consequitur.*

Evidentissime hisce verbis L. c. probatur, nepoti nequiquam competere ius proprium in hereditatem avi, alias enim per exheredationem a patre factam, hoc adimi ipsi non potuisset. Contrarium autem ex lege illa constat, nepotes scilicet *per patrem* succedere avo, itaque mediante repraesentatione; exinde declarandum quare nepos a patre exheredatus nec avo succedere possit, destitutus scilicet est iure proprio.

Ubi ergo nepotes patri aut succedere nequeunt, aut quod idem est, nolunt, ibi quoque ex bonis avitis nihil ipsis debetur.

Provocant denique contrafentientes ad L. 34. C. de inoff. test., qua ius rescindendi testamentum avi, quodam in casu nepoti conceditur, inde probatur, eum iure proprio succedere.

Contenta huius legis huc redeunt: secundum ius antiquum nepos patris exheredati omni iuris auxilio fuit destitutus *v*), quia

*v*) L. 34. C. de inoff. test. „omne adiutorium nepotem dereliquit, neque enim patet nepoti aliquod ius, cum decesserit, contra patris sui testamentum dereliquit, quia

per patrem tantum ad hereditatem avi venit, hic autem nihil iuris in ipsum trans ferre potuit.

Iustinianus vero aequitatis et corrigendi iuris, quo terebatur, studio, loco patris in L. cit. tribuit querelam inofficiosi testamenti, ut hoc remedio testamentum avi rescindat.

Nepos itaque, cui ex iure suo et proprio nullum comperit remedium, nunc per hanc legem nactus est iura patris exheredari, et ex eius persona instituit querelam inoff. testamenti x).

Neutiquam igitur probatur ea lege, nepotem avo succedere iure proprio, quin potius contrarium exinde evidenter adparer, cum omnia eius verba ad successionem vicariam, et ius agendi quod datur filio ex persona patris, sint directa. Sic quoque in fine legis saepius cit. hoc ius rescindendi nepoti concessum, cessare dicitur, si pater anteaquam decesserit, quaedam inoff. test. aut renunciavit, aut per praescriptionem 5 annorum eam amisit. Cum itaque nepoti noceat renunciatio a patre facta, ius proprium ipsi vindicari nequit. Tantum igitur abest, ut lex illa nobis obster, quin sententiam nostram potius confirmare videatur.

Satis nunc probatum cenfeo nullam ex legibus a cont. assenti- bus allegatis, sententiae nostrae adversari; tar igitur firmo talo, nepotes non avo succedere iure proprio, sed iure potius repraesentationis.


Hanc si sequimur sententiam, quae et communi Doctorum opinione est adprobata y) dubia ista quae contrariam partem comitantur, evanescent.

Qui

quia — supervixit avo pater eius, ut neque ex lege Velleja possit in locum patris sui succedere et rescindere avi testamentum.

x) L. c. — „iubemus in tali specie eadem iura nepoti dari, quae filius habet — repletio quartae patris nepoti superest, si qua patri eius competebar.

y) KOCH Success. ab intest. Auctar IV. et ibi alleg.



Qui enim nepotes iure proprio succedere adfirmant, rationem solidam et genuinam reddere non possunt, quare nepores diversarum stirpium, si soli sint, non in capita succedant, cum tamen omnes sint eiusdem gradus, et fratrum diversorum liberi, si soli, in capita hereditatem dividant: adaequatam porro rationem suppeditare nequeunt, qua permotus, in successione descendantium, gradum quaeri noluerit Iustinianus, ira ut omnes in infinitum ad successorem veniant.

Omnia vero plana sunt et clara, si nostram sequimur sententiam.

A quaestione, in qua tractanda haecenus fuimus occupati, pendet decisio alterius: nimirum an nepotes, repudiata patris hereditate, avo succedere possint? Illa igitur, velut praeiudiciali, affirmata, simul hanc negandam esse probavi; sustinere enim personam parentis defuncti, in eiusque iura succedere nequeunt, nisi et eius heredes facti sint.

## §. II.

### 2. *Ex lege quadam speciali.*

Nepotes avo successuros hereditatem paternam nec eo in casu repudiare posse, si avus ante patrem est defunctus 2), probatur per *L. ult. C. unde liberi*, cuius haec sunt verba: „*Qui se patris post avum intestatum defuncti, negat heredem: mortui avi paterni facultates suscipere non potest: maxime emancipatus, nisi per bonorum possessionem ad huiusmodi beneficium pervenerit.*”

Cuius

---

2) Ius repraes. hic exulat; hoc enim obtinet ubi filio hereditas avi nondum est delata, cum morte eum antecesserit.



Cuius legis explicatio virorum doctissimorum ingenia exercuit, a) immo ad eandem plures dissentientium provocant. Eam vero probandae sententiae nostrae inservire, cuicumque adparebit, qui animo praeconcepraee opinionis vacuo, verba eius perpenderit.

Casus enim legisque contenta eo redeunt: Avus moritur intestatus relicto filio, cui itaque hereditas defertur. Cum is autem moriatur et nepos ex ipso abstineat ab hereditate paterna, quaestio existit, an hoc in casu avi facultates nepos suscipere queat, nec ne? Constantius responder: nepotem qui se patris heredem negat, avi facultates suscipere non posse. Et omnino sic decidenda erat quaestio. Filius enim, cui morte avi hereditas erat delata, vel suus erat, vel emancipatus. Priori in casu hereditatem avi ipso iure adquisivit, eamque igitur nepos suscipere nequit, qui se patris heredem esse negat, quia hereditas avi et patris unam tantum constituunt, quam pro parte acquirere et pro parte omittere non potest b). Quodsi vero emancipatus sit filius, respiciendum, utrum hereditatem avi iam adierit, nec ne? Si adiit, confusio est facta, et nepos qui se patris

trris

a) HUBERT. GIPHANIUS in explanat. difficilior: legum codicis. Colon. 1615. ad L. 3. cit. „Hanc legem Bart. omnium difficillimam toto cod. esse ait, et Castr. horribilem esse ait, tam studiosis quam Dd.

I. CUIACIUS L. 4. obf. 6.

S. STRYK Diff. I. c. 2. §. 33.

I. BRUNNEMANN ad L. 3. C. unde liberi.


H. COCCRII Diff. cit. Sect. 3. §. 14.

G. C. BASTINELLER Diff. qua nepotem patris collatione liberat. Vitemb. 1744. §. 5. et ibi alleg.

G. L. BOEHMER Electa iur. civ. Exerc. V. §. 14. et not. ad hunc §.

b) L. 1. D. de acquir. hered. Qui totam hereditatem acquirere potest, is pro parte eam sciendo adire non potest. L. 59. eod.

Arg. L. 10. §. 2. de Vulg. et pup. subfir.



tris heredem esse recusat, ad avitam hereditatem aspirare nequit, maxime si ipse fuerit emancipatus, ut adiicit imperator, ad indicandum tam de suo, quam de emancipato hoc esse intelligendum, de eo enim qui in potestate erat magis dubitabatur.

Quodsi autem emancipatus ante aditionem obiit, hereditas avi et filii separata adhuc est; nihilominus vero ex iure civili nepos, repudiata hac, ad illam admitti nequit, in quam nullum ius ipsi competit; transmissio enim Theodosiana quae postea dabatur emancipatis ex iure sanguinis, tunc temporis nondum erat introducta. Constantio imperatori autem aequum est visum, ad imitationem praeroris, nepoti dari bonorum possessionem ad adipiscendam avi hereditatem, quae patri emancipato delata quidem, sed nondum acquisita erat. De hoc unico casu itaque intelligenda sunt verba *L. cit.* „*nisi per bonorum possessionem ad huiusmodi beneficium pervenerit.* Filius itaque qui se patris, post avum intestatum defuncti, negat heredem, avi facultates suscipere non potest, unicum illum si exceperis casum, ubi imperator ipsi, contra rationes iuris civilis, succurrit per beneficium bonorum possessionis; nullo igitur alio in casu repudiata patris hereditate ad avi facultates admittitur; firmat enim exceptio illa regulam, quam lex 3. continet in casibus non exceptis. Haec interpretatio toti contextui et generalibus iuris principiis videtur accommodatissima.

Verum iure noviori et in hoc unico casu cessare bonorum possessionem forsitan affirmari potuerit. Per transmissionem Theodosianam enim postea res eo est perducta, ut hereditas a ita, emancipato delata, licet nondum acquisita, pro tali habeatur, et ad nepotes ex ipso transmittatur *c.* Iam igitur utraque hereditas, avi et filii, est coniuncta, et simul in nepotem transit; nepos itaque hac

repu-

e) GEOR. SCHUBART Diff. de transmissione hereditatis. Ienae.

repudiata, ad illam ne quidem per bonor. possess. admittitur. Est  
 saltem quaestio a plurimis negata, an bonorum possessio ex L. 3. cit.  
 hodie adhuc obtineat. Sed concessio quoque hoc, tamen firma stat  
 regula: nepotem cuius pater aut ante avum (§. 5 — 10) aut post  
 eum decessit; repudiata patris hereditate, avi facultates suscipere  
 non posse.

§. 12.

3. *Usus doctrinae propositae.*

Iam, ne sine solida ratione, nec vano disputandi pruritu,  
 doctrinam hanc, quae subtilitatibus est implicita, a me propositam  
 esse videatur, ex re erit, paucis de usu, quem exhibet in quaestio-  
 nibus forensibus decidendis, differere.

Primo quidem nepotes, qui abstinent a patris hereditate,  
 renunciaffe etiam videntur iuribus ex ea profluentibus, ac proinde  
 iuri capiendi facultates avi, ad quas ipsis, velut iure proprio desti-  
 tutis, successio non comperit. Facile inde quoque perspicitur, pa-  
 tre, qui avum supervixit, huius hereditati renunciante, nepotes  
 ad avi successionem adspirare non posse, c) succedunt enim non  
 nisi ex iure patris, cuius vero iura, cum iis renunciaverit, non am-  
 plius exstant. Eximius itaque huius doctrinae est usus hac in spe-  
 cie; nec minus notabiles esse eius effectus altero in casu, nimirum  
 si nepos patris facultates suscepit, ex sequentibus poterit intelli-  
 gi. Nepos enim qui patris sui heres est, ex eius iuribus ad successionem  
 avi quidem venit, sed et simul ad omnia onera, praestenda tene-  
 tur, quae parens superstes subire obstrictus fuisset, tum aequitate  
 suadente, tum iuris rigore id exigente. Aequissimum enim cui-  
 cunque videbitur, nepotem, qui fruitor commodis hereditatis,

E 2

dum

c) Arg. L. 34. in f. C. de inoff. test.



dum per eam avo succedit, et incommoda eiusdem sentire debere. Quam aequitatem Iustinianus quoque agnoscit, qui eum ferendum non esse ait, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit d).

Convenit cum hac, aequitate naturali legibusque agnita, iuris civilis dispositio, vi cuius ex qua persona quis lucrum capit, eius facta quoque praestare tenetur e) aut ut Paulus loquitur: qui in ius alterius succedit, iure eius uti debet, f) nec melior eius esse potest conditio.

Proinde tenentur nepotes, tum ad debita parentis defuncti passiva solvenda, quia bona non intelliguntur, nisi deducto aere alieno, tum ad ea, quae ex quocunque contractu deluit, praestanda.

Denique igitur et is huiusmodi successionis nepotum est insignis effectus, quod omnia, quae pater ipsorum ab avo accepit, conferre teneantur, modo ille fuisset collaturus; g) nec abstinentes a patris hereditate, se liberant ab hoc onere, quia hoc facto avi facultates suscipere nequeunt.

Suffi-

d) L. un. §. 4. C. de caduc. toll.

L. 10. de R. I. „Secundum naturam est, commoda cuiusque rei cum sequi, quem sequentur incommoda.”

e) L. 149. D. de R. I.

f) L. 177. eod.

g) L. 7. D. de collat. „Si nepotes in locum filii successerunt — — ita conferre debent quasi omnes unus essent.

Acriter quidem hac de re disputatur, sed quia quaestio praecipua, a qua huius decisio pendet, late a nobis sit tractata, ratione huius provoco ad V. C. P. KRESS in diss. de nepote ea quae parens accepit in univ. conferente, qua ipsam contra omnia dissentientium argumenta defendit.

Sufficere puto haec pauca ad probandum eximium doctrinae propositae usum; licet itaque multa adhuc eo fine possint proferri, tamen, ne tractatio haec nimis prolixa evadat, diutius huic rei inhaerere nolo, sed ad brevem iuris feudalis disquisitionem me nunc adcingo.

## CAPUT I I.

### *Secundum principia iuris feudalis.*

#### §. 13.


Ex principiis iuris civilis comprobasse mihi videor, nepotes abstinentes ab hereditate patris obaerata, quae ipsis fuit delata, avo succedere haud posse. Restat itaque ut id quoque ex iure feudali demonstrarem.

Fundamenti loco hic notandum, iure feudali quoad ordinem succedendi descendentium nihil specialiter esse statutum *h)* indeque obtinere rationem succedendi allodialem in Nov. 118. c. 1. praescriptam *i)*:

Quae itaque haecenus de allodiali successione descendentium sunt dicta, valent quoque de successione eorum feudali. In hac igitur non minus obtinet ius repraesentationis, quam in illa, in infini-

*h)* STRYK S.a. I. Diff. I. c. 3. §. 22. „quia nihil specialitatis in successione feudali reperitur, ad ea quae cap. I. sunt dicta, nosmet remittimus.”

*i)* MOELLER *Distinct. feud. Cap. 17. diff. 6.*



nitarum x) indeque nepos repudiatio patris allodio, in feudum avi succedere nequit.

Hoc er confirmatur per dispositionem iuris feudalis in *II Feud.* 45. et *II Feud.* 51. §. 4, quae recte intelligitur de nepore, qui in avi feudo, per patrem, est successurus, sive rationem sive verba illius spectaveris.

Sub voce *fili* enim saepissime intelliguntur liberi ulteriorum graduum l) quod hic quoque obrinere, tum ob rationis paritatem, tum ob verba legum clarissima negari non potest. Verba legis autem

k) Quod et probatur per leges feudales:

*I. Feud. c. 8.* „— succedunt tantum filii aequaliter, vel nepotes ex filio, loco sui patris.”

*I. Feud. c. 19.* „Si quis miles mortuus fuerit, sine filio masculino, et nepotem reliquerit, in beneficium avi, in patris vicem succedit.”

Idem testantur Icti tam veteres quam recentiores.

WIL. HANNETONIUS de iure feudor. Colon. 1565. L. 2. c. 2. p. 142.

„Nepotes non proprio, sed repraesentationis iure succedunt, id est, patris sui praemortui loco; ideoque non nisi illam feudi portionem consequi possunt, quam eorundem pater, si superstes esset consequeretur.”

SCHRADER in tr. feud. P. VII. c. 5. n. 41.

HENR. A ROSENTHAL in tr. feud. C. VII. Concl. 16. n. 11. 12.

CONR. RITTERSHUSIUS in partition. iur. feud. L. I. c. 15. q. 31.

I. SCHILTER in exercit. iur. rom. Ex. 41. §. 64.

S. STRYK l. c. Diff. I. c. 3. §. 22.

G. AD. STRUV in syntagm. iur. feud. C. IX. thes. 5.

C. H. HORN in jurisprud. feud. C. 15. th. 24.

C. H. MOELLER l. c. C. 15. dist. 6. „Descendentes ulteriorum graduum — semper succedunt in stirpes, ob ius repraesentationis.” Alios taceam.

l) HORN l. c. Usus — vocabulum Sohn — ad natos quoque ex filio extendit.”  
MOELLER l. c. C. 16. D. 7. „filius, seu in genere descendens feudum ab allodio non potest separare.

tem haec sunt. „Si contigert vasallum *sine omni prole* decedere: agnatus — repudiata hereditate, feudum — retinere poterit.“ Sub *omni prole* vero, quae in hac lege *agnatis* opponitur, etiam nepotes esse comprehensos, cuicumque vel primo obtuitu adparebit. De his itaque non minus valer dispositio legis, nec feudum sine allodio retinere possunt.


Idem patet ex verbis alterius legis, scil. *II Feud. 51. §. 4.* „*Filius* non potest recusare hereditatem patris absque feudo, *propinquus* autem potest.“ Sub *filio* certe et nepos est intelligendus, cum hic *propinquus* vocari nequeat.

Hoc, ex verbis legum quod patet, corroboratur quoque per rationem, quae huic iuris feudalis dispositioni subest. Ratio enim aperte in eo est posita, ut per filium dedecus patris avertatur, ob honorem et reverentiam, quam ipsi debet *m*).

Huic autem rationi omnino quoque in nepote, avi successore, locum esse, nemine contradicente adfirmare mihi licebit, cum nepos a patre suo, aequae ac hic ab avo, descendat, ipsique pari modo reverentiam debeat *n*). Ne itaque ratio legis eiusque finis saluberrimus inanis reddatur, nepos, qui in feudum avi successurus, instar

*m*) HANNETONIUS l. c. L. 2. c. 5. p. 181. „Quia filii patribus suis tam arcto sanguinis vinculo coniuncti sunt: — pietatis ratio eos invitos impellit: ut si feudum paternum consequi velint, eorundem hereditatem adire cogantur; ne patres sine herede decedentes, a creditoribus hereditatis iniuria afficiantur.“  
STRUV l. c. C. 14. th. 30. n. 2. — „filius tenetur solvere aes alienum, ut dedecus patris avertat, fidemque eius liberet.“

*n*) H. A. ROSENTHAL l. c. C. 7. concl. 21. gl. b. „Et quod de filiis dicitur, eos heredes esse debere, id etiam de nepote, et ulteriore qui fortassis patri supervixit (ibi alleg.)“



instar filii, debita sui patris allodialia solvere debet, o) nec, si hoc negaverit, ad feudum avi potest admitti p). Probatur hoc denique priori legis cir. parte, quae arbitrio *agnatorum* relinquit, utrum feudum sine allodio, an utrumque retinere velint; cuius disparitatis rationem in eo positam invenimus, filium a patre suo, et nepotem mediante patre ab avo descendere, non autem agnatus q). Unde quoque obponi nequit, nepotem non debere feudum patri suo, sed beneficio primi acquirentis; si enim intermedia patris persona non existisset, nepos ad successionem non esset vocatus; per hanc descendit a primo acquirente, a quo per ipsum sanguinem et ius trahit, indeque omnino successionem ei debet r).

Videmus itaque eos a recta deflectere via, qui textrum II Feud. 45. restrictively interpretantes, de folis filiis intelligendum esse per-

- o) Et quidem si allodium non sufficiat, ex proventibus feudi.  
MOELLER l. c. C. 16. D. 7. p. 393.
- p) Nisi cum patre sit simultaneè investitus, aut ex nova gratia feudum ipsi concedatur, quod tamen in praedictum creditorum vix licet.  
I. H. BOEHMER in consult. et decis. V. III. P. I. R. 159.  
Aliae adhuc exceptiones proponi solent; de quibus autem cum disceptetur, ulterius differere, temporis ratio me impedit; Spectat huc etiam quaestio de beneficio inventarii, et competentiae.
- q) IAC. DE BELVISO apparatus in consuetud. Feudor. Colon. 1563. ad II Feud. 45. p. 157. „Sed quae est ratio quare agnatus potest repudiare, non filius? Respon. quod filius sibi acquirit feudum patre suo medio, sed agnatus non acquirit etc.  
STRUV l. c. C. 9. aphor. II. n. 4. MOELLER l. c.
- r) MOELLER l. c. C. 16. D. 7. p. 394. „Ratio horum posita est in natura successionis feudalis, quae ad descendentes defertur mediante sanguine paterno, ad collaterales vero immediate a primo acquirente.  
D. MEVIUS P. 5. Decif. 41. n. 4.



perhibent. Quae cum denique perspicerent contrariae sententiae fautores, eo processerunt, ut usum hodiernum huius dispositionis iuris Longobardici negarent. Verum hoc ultimum eorum refugium rationibus idoneis destitutum esse, facile adparet. In viridi potius observantia adhuc viget, ut ex praxi quotidiana constat s).

Nepotem iraque, qui abstinet a patris hereditate allodiali, in feudum avi succedere non posse, ex principiis iuris quae hic posui in medio, facile poterit colligi.

---

TANTUM!

- s) Cfr. quae supra §. 2. n. c. sunt alleg. et sub nota K. ad hunc §phum quibus adde.  
 Hessische Landesordnung P. 2. tit. 29. §. 8.  
 I. BALTH. DE WERNHER in observ. forens. P. II. Obs. 451.  
 CHPH. PHIL. RICHTER in decis. D. 78 et 79.  
 DAV. MEVIUS in decis. P. V. D. 41.  
 GEORG. MELCH. DE LUDOLF de iure primogenit. Part. spec. §. 6.  
 FRID. ES. A PUFENDORF in obs. iur. univ. T. I. Obs. 189.
-

## ERRATA.

- Pag. 2. lin. 12. abstringitur lege *obstringitur*.  
— 5. l. 2. P. I. C.  
— 6. l. 4. pudem l. *puzem*.  
— 6. l. 14. superestruuntur l. *superstruuntur*.  
— 9. l. 11. promortui l. *praemortui*.  
— 14. l. 9. vorantur l. *vocantur*.  
— 17. l. 13. quanticunquae l. *quanticunque*.  
— 20. l. 19. utur l. *uruntur*.  
— 23. l. 5. tantum l. *tantam*.  
— 24. l. 1. relationem l. *relatio*.  
— 31. l. 3. terebatur l. *ferabatur*.  
— 31. l. 4. festamenti l. *restamenti*.  
— 31. l. 14. queredae l. *querelae*.  
— 34. l. 8. Theadofiana l. *Theodofiana*.  
— 35. l. 5. eium l. *eum*.  
— 35. l. 22. praestenda l. *praestanda*.  
— 39. l. 1. contigert l. *conrigerit*.



Marburgi Diss., 1789/1800

ULB Halle

003 550 265




3

f

sb.







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Q. D. B. V.  
 DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA  
 SISTENS QAESTIONEM:  
*UTRUM NEPOS, ABSTINENS, A PATRIS HEREDITATE  
 SIBI DELATA, IN ALLODIO ET FEUDO AVI  
 SUCCEDERE POSSIT?*  
 EX PRINCIPIIS IURIS CIVILIS ET FEUDALIS.

1793, 1.

8

QUAM  
 SUB AUSPICIIS  
 RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
**GUILIELMI IX.**  
 HESSORUM LANDGRAVII REL.

CONSENTIENTE ILLUSTRIS ICTORUM ORDINE  
 PRO SUMMIS IN UTROQUE IURE HONORIBUS RITE CONSEQUENDIS  
 AD DIEM VII. SEPT. CIOIOCCXCIII  
 PUBLICE DEFENDET  
 AUCTOR  
**ANTONIUS BAUER,**  
 MARBURGENSIS.

MARBURGI HESSORUM  
 TYPIS NOVAE TYPOGRAPH. ACADEM.